

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio 1
cum uariis

Foris terribiliter personet increpacio, intus lenitatis teneatur dilectio. Neque conscientes
sitis malis ut approbetis, neque negligentes ut non arguatis, neque superbientes ut
insultanter arguatis. Hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere et uoluntate non
consentire et ore non parcere.

Augustinus de uerbis Domini super Mattheum capitulo XVIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Correctio I] Correctio k P V¹ V² L¹ L²; terribiliter] terribilis P V¹ V² L¹ L²; lenitatis] leuitatis
B; immundum] in mundum P V¹; ore] omne P V¹ V² L¹ L²; super Mattheum capitulo
XVIII. *om.* P V¹ V² L¹ L²; capitulo XVIII.] XVIII. capitulo C